



Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIATE
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE MEMBRIS ECCLE-||SIAE MILITANTIS,|| TRIBVS LIBRIS|| EXPLICATA.||

Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>

Ingolstadii, [1599]

VD16 B 1607

XXVIII. Idem asseritur ratione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-53880)

TERTIA responsio Petri Martyris constat ex aliquot Patrum testimoniis, quæ cum voto continentiae pugnare videntur. Sed ea paulò post adferemus, ubi ad obiectiones aduersiorum dissoluendas peruenemus.

CAPUT XXVIII.

Idem afferit ratione.

NUNC tandem, ut ad postremum genus argumentorum veniamus, duplicitate ratione, in Scripturis, & Patrum testimoniis fundata, id ipsum breuiter confirmabimus. Prima ratio ex dignitate continentie, secunda ex utilitate vouendi sumetur. PRIMVM igitur id omne Deo recte vouetur, quod est illi gratius si fiat, quam si non fiat. Eiusmodi autem continentia est, cum longè excellat coniugio, & cum fornicatione ne comparari quidem debeat, poterit igitur recte continentia Deo voucheri. Assumptio, quæ sola negari solet, paucis confirmanda est. Quidam vero Lutherus in Epithalamio cauillatur, virginitatem quidem præstat coniugio, sed non item vitam cœlibem viræ coniugalii: Argumenta adferemus de vita ipsa, & statu cœlibum. Ac primum Scriptura diuina clamat 1. Corinth. 7. 1. igitur qui Matrimonio iungit virginem suam, benefacit, & qui non iungit, melius facit. Et infra: Cui sicut nubat, tantum in Domino, beator autem erit, si sic permanserit. Huc etiam pertinent alia testimonia, quæ attulimus supra in disputatione de consiliis.

Iam vero Patres passim perfectam vitam hanc esse dicunt. CYPRIANVS libro de habitu virginum, virginum cœtum esse dicit illustriorem portionem gregis Christi. Et ibidem: Magna, inquit, vos merces manet, primum grande virtutis, munus maximum castitatis. DIONYSIUS de Ecclesiastica hierarch. cap. 6. part. 2. Sacerdos, inquit, perfectissimā ei vitam exponit, et videlicet, qui monasticam vitam proficeret. EVSEBIUS lib. 1. cap. 8. demonst. Euang. Et talis, inquit, existit in Christianismo perfecta vita modus. BASILIVS capit. 18. monasticarum constitutionum, & Gregorius Nazianzenus in oratione de obitu S. Basilij, vitam perfectam,

322 Cap. XXVIII. De Monachis. Lib. II.

immō etiam perfectissimam appellant, monasticen. Iouan
CHRYSTOMVS libro 3. aduersus vituperatores
monasticę, eandem vitam appellat perfectionis cul-
virtutisque fastigium.

HIERONYMVS in epist. 1. ad Heliodorum: Tu pro
Eum te fore pollicitus es; nam quando relicta militia re-
strasti propter regna cœlorum, quid aliud quam perfec-
tus es vitam? AVGUSTINVS lib. 1. de morib. Eccles.
cap. 31. Iam, inquit, accipite perfectorum Christianorum
bus summa castitas non laudanda solum, sed etiam capi-
da visa est, mores & continentiam singularem. Et de fide
virginitate, cap. 52. Pergite, inquit, virgines Dei, via subli-
tatis, pede humilitatis.

SVLPITIUS in 2. Dialogo: Beata species, inquit, & Deu-
gna, nihil enim virginitati est comparandum. Idem quoque
Patres summo consensu vitam virginum, angelicam
esse docent, vitam vero coniugalem, vitam hominum. A. M.
BROSIVS lib. 1. de virginibus: Nemo miretur, si Angelum
parentur, qua Angelorum Domino copulantur. CYRILLVS
catechesi 12. Non ignoremus castitatis gloriam, angelus
nim est corona, & supra hominem hac perfectio.

NAZIANZENVS in carmine de virginitate:
Salve virginitas diuino tradita dono,
Mater inoffensa vita, bona maxima fundens
Christi pars & spiritibus sociata supernis
Ignaris thalamis.

ATHANASIVS libro de virginitate extremo, his titulis
virginitatem celebrat: O Virginitas opulentia indeficiens, co-
rona immarcessibilis, templum Dei, domicilium Spiritus sa-
crae, margarita speciosa, vulgo inconfusa, gaudium spiri-
tarum, gloriatio Apostolorum, Angelorum vita, sanctissima
corona. Vide præterea, si placet, de comparatione virginum
cum Angelis, Hieronymum in epistol. 8. ad Demetriadem,
Augustinum de sancta virginitate, cap. 13. Chrysostomum
homil. 18. in Genesim, Basilium in libro de virginitate, Ful-
gentium in epist. 3. ad Probam, Damascenum lib. 4. cap. 1.
Isidorum lib. 2. de summo bono.

Hic vero mirè irascitur Petrus Martyr; nam in libro de
coelibatu, & votis, recitat sententiam Athanasij suprà citu-
tam,

ram; & ait: *Sunt haec hyperbolis plena, neq; ad amissim veritatis consistunt. Apostoli sane coniuges haberunt.* Et Prophetae, quomodo ergo Virginitas est illis gaudium, Et corona? quid praterea cum Virginitate commune habent Angeli, quandoquidem corpore carent? *Unde non magis illi Virgines queunt dici, quam si quis lapidem caccum appelleat.* Hæc ille. Sed quid mirum, si non placent porcis margarita?

Quod autem falsi accusat Athanasium Petrus, quod dixerit continentiam gaudium esse Prophetarum, & gloriam Apostolorum, refellitur facillimè ex S. Hieronymo, qui in epist. 22. ad Eustochium sic ait: *Virgo Helias, Helisens Virgo, Virgines filij Prophetarum: Hieremia dicitur, et tunc accipias Exorem.* Hæc ille. Quis verò nescit Ioannem Baptistam, & Prophetam, & virginem fuisse? ex Apostolis Ioannem certò scimus virginem fuisse. Quod idem de Paulo idem HIERONYMVS affirmat loco citato, & de Apostolis omnibus in Apologetia pro libris contra Iouinianum: *Apostoli, inquit, aue Virgines; aut post nuptias continentes.* Ad hos ergo Apostolos, & Prophetas respiciens Athanasius, vere & propriè, non falso & hyperbolice locutus est.

Quod autem reprehendit Petrus comparationem virginum cum Angelis, non solum Athanasio, sed omnibus aliis Patribus, & ipsi etiam Christo iniuriam facit, qui Matth. 22. ait: *In resurrectione, neq; nubent, neq; nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei in cælo.* Cui credemus iam, Petro Martyri neganti eos, qui non nubunt similes esse Angelis, an Christo id ipsum afferenti?

AT, inquit, Angelis non magis conuenit non nubere, quam lapidi non videre. ITA est, sed tamen sicut eum, qui valde cæcus, aut surdus, aut mutus est, lapidi, & trunco, non ineptè comparamus; sic etiam eos, qui continentia & puritate excellunt, rectissimè Angelis similes facimus; nam alioqui nec vultum habent Angelii, & tamen non timuit sanctus Lucas dicere Actor. 6. *Viderunt vulnus Stephani, sicut vulnus Angeli.* Atque hæc de prima ratione. ADDO aliam rationem ex parte ipsius voti; Melius est & Deo gratius ex voto aliquid facere, quam sine voto, igitur non solum licet, sed etiam expedit continentiam vouere. Antecedens his argumentis confirmatur.

PRIMO, Scriptura hortatur ad vouendum Psalm. 76
Vouete, & reddite. Quo testimonio permotus S. Augustinus, multis in locis ad vouendum hortatur; vt in epistola ad Armentarium, epist. 89. ad Hilarium, epist. 143. ad Iulianum, in libro de bono viduitatis, capit. 19. in libro de sancta virginitate, cap. 29. & 30. in Psalm. 75. 99. & alibi. At si filius esset absque voto operari, deciperet nos spiritus sanctus, quod nullo modo fieri potest: igitur melius est opere ex voto.

SECUNDO, opus eò melius est, ac Deo gratius, quod pluribus, aut ex maiori virtute procedit: cōtinere sine voto est temperantiae, continere ex voto, est actus simul temperantiae, & religionis, quæ quidem religio temperantiae pro longè est nobilior: igitur continere ex voto melius, ac Deo gratius est, quam sine voto. Itaque S. Augustinus in libro de sancta virginitate, cap. 8. Nulla, inquit, facundia *sunt* Virginitatis etiam carnis comparari potest; neq. enī *enī*, quia Virginitas est, sed quia Deo dicata est, honorata est, licet in carne seruat, spiritus tamen religione ac deitate seruat, ac per hoc spiritualis est etiam Virginitas corporis, quam *vouet* ac seruat continentia pietatis.

TERTIO, quod sit ex voto, maiori caritate & liberalitate sit, quam quod sine voto. Qui enim sine voto aliquid facit, opus duntaxat offert Deo; qui autem vovet, arquebit voto facit, & opus, & facultatem offert. Quod explicat sanctus Anselmus in libro de similitudinibus; capit. 84 his verbis: *Plus donat, qui arborem cum fructibus, quod quis solus fructus donat.*

QUARTO, melius est quod sit ex voluntate confirmata in bonum, quam quod sit sine eiusmodi firmitate: sicut peccare ex voluntate obfirmata ad malum, quam ex facilitate, & quemadmodum qui peccat ex voluntate confirmata in malum, similes sunt damnatis: ita qui operantur ex voluntate confirmata in bono, similes sunt beatis.

QUINTO, qui vovet, non solum id lucratur, quod dimicimus, quod excellentius opus facit, sed etiam munit seipsum aduersus tentationes diaboli, & humanam fragilitatem, ac mutabilitatem. Homines enim in iis rebus, ad quas non sunt alligati vinculis legum, etiam si optimæ sint, & utilissime,

III.
Psalm.
S. August.
epistol.
43. ad Ioh.
o de fide.
At si
spiritus sa
est open
ius, qd
e fine v
nul temp
rantijs
ius, ac Ces
in libris
ita fida
in Jof,
ratu, qd
deutur
e corpor
liberal
o aliqu
arque
licet san
his ver
us solos
firmata
cut pems
in exift
e confir
anunt
iod dixi
Seipsum
item, ac
uas nos
utilissi
me,

mæ, facilè mutant propositum, diabolo instigante, & etiam sine diabolhartibus, ex propria mutabilitate. Quocirca videmus in rebus humanis sœpe requiri iuramenta, ut alligetur voluntas, ne facilè mutari possit. Ita milites, magistratus, sponsi, atque alij id genus iurare coguntur, non autem solis verbis se facturos quod debent, polliceri. Hinc sanctus AVGVSTINVS in epist. 45. ad Armentarium: Non te, inquit, sonisse pœnitent, immo gaudie iam tibi nō licere, quod cum tuo detramento licuisset. Et infra: Felix necessitas, qua ad meliora compellit.

CAPVT XXIX.

Soluitur obiectio prima aduersariorum.

RESTAT nunc, vt obiectiō aduersariorum soluamus. PRIMA obiectio communis est omnibus, & sumitur ab illis Scripturis, quæ docēt, opera bona non ex necessitate, quam tamen secum adferunt vota, sed voluntariè, ac liberè esse facienda: Id enim est melius, & laudabilius, & Deo etiam acceptius, quod est magis voluntarium, & liberum, ac proinde minus necessarium. Psal. 53. Voluntariè sacrificabo tibi. 1. Corinth. 7. Non vt laqueum vobis iniiciam, id est, hortor ad continentiam, sed non ad votum. 2. Cor. 9. Vnusquisq; prout destinatus in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate: Hilarem enim datorem diligit Deus. Et ad Philemonem: Ne velut ex necessitate bonum tuum sit, sed voluntarium. S. HIERONYMVS lib. 1. in Iouinianum, ante medium: Et ideo plus amat, virgines Christus, quia sponte tribuunt, quod sibi non fuerat imperatū: maiorisq; gratiae est offerre quod non debetas, quam reddere quod exigaris. Et S. PROSPER lib. 2. de vita contemplativa, cap. vltimo: Sic abstineri, vel ieiunare debemus, vt non nos necessitati ieiunandi subdamus, ne iam non denoui, sed inuiti, rem voluntariam faciamus.

RESPONDEO, triplicem esse libertatem; ac triplicem item necessitatē. V Nam ex parte debiti, siue debitum oritur ex præcepto, siue ex voto, siue aliunde. Id enim dicimur liberè facere, quod non tenemur facere; id vero necessario,

XXX 4 quod

*liberè facere
huius modi
est.*